posset probari contra-
rium per solos testes:
vt infra de regu. iur. l.
nihil.

t Eum. scilicet confi-
tentem.

u Oportet. hoc fallit in
pecunia confessata: vt
C. de non nu. pec. in contractibus. in princip. & in dote: vt C. de

dote cau. nō nu. l. fin. & in aut. ibi posita. Item fallit & aliás, vbi
demum secundā confessioni statur, & non primā: vt in. d. l. in
contractibus. §. j. sic C. ad Vell. si muliet. & in aut. vt immo. ante-
nup. do. §. pe. col. v.

x In scriptis. Not. exigi probationem in scriptis: vt Co. si minor
sema. dixerit. l. iiij. dicit ergo hīc scriptura quōd rem illam quam
fuerat cōfessus se emisse, habeat puta ex legato, vel ex permutatione:
& sic ad pretium deductū in confessione non tenerur. vel

E producit publicum instrumentū in quo continentur quōd ea die
qua dicitur esse factum primum instrumentum, fuit alibi cōtra-
hens, vel subscriptus, vel subscriptus vt testis: vt C. de contr. sti-
pu. l. optimam, in fin. Vt autem de hac confessione plenē videoas,

dic, cum quis cōfitetur, aut ad aliquem liberandum, & tunc pre-
judicat sibi post. xxx. dies: nisi in quibusdā casibus in quibus sta-
tim præjudicat: vt C. de non nu. pec. l. in cōtractibus. §. super cō-
teris. & §. j. Aut ad obligandū: & tunc aut in cōtractu mutui, &

tunc post biennium: vt. d. l. in contractibus. in prin. aut dotis: &
tunc post tempus statutum: vt C. de dote cau. l. fina. & in aut. ibi
posita. aut ex alia causa: & tūc statim, vt hīc. nec etī potest pro-
bari contrariū nisi per alia scripturā: vt C. de non nu. pe. l. gene-
raliter. & hoc si est discreta, id est, cū causa aliter non præjudicat:

vt & hoc. §. dicitur, & dixi. §. de interroga. actio. l. j. Accur.

y Promiss. probando ex alia causa debitum: & pro hoc osten-
dendo scripturam.

*Sic Flo. An.
Aug. li. 2. c. 2.

Non potest
enim fides
instrumenti
testibus tol-
li, sed cōtra-
ria tantū in-
strum alteri-
us collisione
l. r. C. si mi-
nor se ma-
iore, dix. l.
genetalitet.
C. de nō nu-
mer. Nouel.
90. de telib.

Cōfessio au-
tem præ-
iudicet.

Procula cum magna aliis deest cum.
b Tacite. Not. tacita remissionē: vt. C. de reuo. do. l. fi. in fi. & j. de iu. do. l. cū post. j. r. n. & s. de vñr. l. cū quidā. §. diuus. j. r. n. & j. ne de sta. defun. l. ij. in fi. & j. de cap. & postli. re. si à patre. Sed arg. contra. j. re. amo. si cū dos. in prin. & j. de act. & obli. l. Lucio. & addē infra de do. inter vi. & vxo. l. si seruus communis.

* Procula cū.

Quit testamentum. **c** Ei. s. filio naturali, cui ex testamento sunt legitimi, aliis diuidia totius. Itē si non sunt legitimi, per. l. ab intestato vñq; ad duas vñcias, sed legitimis extatib⁹ nihil: vt in auth. de tri. & semif. §. cōsiderauimus. **A D D I T.** Dic melius vt in aut. licet. C. de natu. lib. & in corpore vnde sumitur, vbi iste. §. corrigitur secundū Fulgo.

d Modum. idē si nihil poterunt capere. Item quid si ab eo emit, & cōfiteretur sibi premium solutum pater inter viuos? Respō. secus, quia hīc in vltima volūtate: in qua facilius fraus fieri præsumitur: vt. s. eo. patronus nisi forte omnīa vēderet etiā ante: vt. j. que in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.

e Kalendario. kalenda repetit. Bud. riū dicitur pecunia de hīc.
In sinu meo, id est i. occulto, & penit⁹ apud me, & in potestate mea. Bud. Vide Eraf. chil. 2. **f** Videtur. ppter legis interdictum præsumitur fraudis simulatio.

g Adieccisse. & ita oportet probare filium cōtrariū. nam hoc editum nō præjudicauit: vt. j. de li. leg. Aurelio. in princ. §. fin. & de leg. iij. cū quis. §. pe. Acc.

h S arbiter. i. iudex ordinarius. Azo. Et dic quod hæc lex duos ponit casus. Primus, si ex alterius loco aqua pluia profluens opere manu facta alteri agro nocere posset:

agi potest aquæ plu. arcen. act. vt opus tollatur: vt. j. de statilib. l. Labeo & j. de aqua plu. arc. l. j. s. hæc actio. & in princi. legis. & l. si tertius. §. officium. Duo itaq; probat actor, id est factū opus: & aquam nocere posse. Tertium etiam videtur q̄ probet, scilicet tempus quo opus factū est, vt tamen dies & consil ad liquidum nō exquiratur: sed satis est si supersint qui fieri viderūt, vel etiam audierunt eos qui viderunt vel audierūt id fieri. sic enim probabit extare memoriam. nec enim quia extitit aliquādo memoria, probatur nūc extare, vt in ætate dicimus: vt. C. de in integ. re mi. l. si minorem & est hīc primus casus. Secūdus: Reus ad sui defensionem probat pactū à parte actoris factū, vel loci naturā, id est sitū: vt quia mōtosus est: vel vetustatē: quia licet sit manu factū, non tamē extat eius memoria: quod sic probat per testes asserentes omnium esse opinionē se non vidisse vel audisse quando hoc fieret: nec eos vidisse vel audisse, qui id viderūt, vel audierunt: & hīc est secūdus casus in illo. §. sed cum. & j. de aqua plu. ar. l. ij. §. idē Labeo. secundū Azo. Sed in primo casu quæro, an duo testes sufficerent qui dicerēt se vidisse vel audisse illū qui vidi. Videtur q̄ non: quia ille quem isti viderunt, nō sufficeret, quia solus. ergo

nec isti. sed cōtra dici potest. quid enim ad rem? nā nec aliquis sibi sufficeret per se. sufficiunt tamē duo testes qui audierūt ipsum stipulari, secundū Azo. Item nota hac. l. speciale in actione aquæ plu. arcē. vt testimonia de auditu recipientur. sed certè imò nō videtur speciale. nā in quibuslibet obligationibus & contractibus hoc evenit, sed hic fertur de auditu alieno, & sic de auditu auditus: quare est speciale: aliās non: sicut. C. de testi. l. testium. Fallit etiam in causa matrimonij, secūdū antiquos canones: siue in causa cōsanguinitatis cōtra matrimonij: vt in decre. xiiij. q. ij. super. licet illud hodie per concilium corrigitur. Vel aliter hoc probatur de proprio auditu, & de veritate, siue in contractibus. nā debet probare actor memoria operis extare. sed memoria retinetur per auditum: ergo est probatio veritatis. antea tamē debet probare quod sit manufactū ab aliquo. tunc memoria quidē per auditum retinetur. sed si nō constat manufactū, quod est principale: nec potest probari memoria, quod est subiectum.

memoriam non extare: probare debet quod hæc est omniū opinio quod non extat. **hoc dicit.**

xxviii. LABEOLIBRO septimo pithanom à Paulo Epitomatorum.

Sarbiter. b animaduertere debeat, an operis facti memoria extet: hoc ei querendū i. est, an aliquis meminerit id opus factū esse. Paulus: Imò cū in arbitrio queritur, memoria facti operis extet, necne: nō hoc queritur, nū aliquis meminerit quo die, aut quo consile factū sit: sed num hoc aliquo modo probari possit, quādo id opus factū sit: & hoc ita, quod Græci dicere solent. **ει πλάτω** * enim potest hoc memoria nō teneri, intra annū puta factū, cum interim nemo sit eorū qui meminerit quibus cōsulibus id viderit. Sed cum omnium hæc est opinio, nec audisse nec vidisse cū id opus fieret, neque ex eis audisse qui vidissent, k aut audissent: l & hoc infinitē similiter susum + versū n accidet: o cum memoria operis facti non extaret.

xxix. SCÆVOLA lib. nono Digestorum.

Imperatores Antoninus & **Virus** Augusti Claudio Apollinari rescripsent in hæc verba, Probationes quæ de filiis dātur, nō in sola adfirmatione testiū consistūt, sed & epistulas * quæ vxorib⁹ misse allegarētur, si de fide earū constituit, nōnullā P vicem instrumentorum obtainere decretū est. Mulier grauida repudiata, filiū enixa absente marito, vt spuriū in actis professa est. Quæsitum est an is in potestate patris sit, & matre intestata mortua, iussu eius hereditatem matris adire possit: nec obsit professio à matre irata facta. Respōdit, veritati locū superfore. q

in pig. ha. l. pe. in fin. & C. de non nume. pec. l. generaliter. quod non placet: sed semiplenam, non autem plenam probationem faciunt: vt in fi. huius. l. & C. de testi. l. nec professio. & C. eodem. l. non nudis. & l. non epistolis.

q superfore. vt supra de inoffic. testa. l. si instituta. §. j. quæ veritas probatur ex eo, quod hīc natus fuit vicinis scientibus: vt. C. de nupt. l. si vicinis.

DE FIDE INSTRUMENTORVM, &c.

Visa probatione in genere, sequitur per species: & primo de ea quæ fit per vocem mortuam, quæ validior est quam ea quæ per vocem vivā fit. Accur.

Probationis species una est quæ sumitur ex conventionibus scriptis, ex testimoniis vel ex aliis scripturis, quæ propriè instrumenta vocantur. Sed significantur etiam eo nomine persona, veluti actores, serui, & testes nec enim minus instruunt causam, vel reum vel iudicem personæ quam scripture, & instrumenta ab instruendo dicuntur. quæ notatio in l. argentarius. §. edi. De eden, his verbis demonstratur, ea pars rationum quæ ad instruendum aliquem pertineat, & similibus in l. 8. famil. ericis, & l. 34. De admin. tut. l. vii. De susp. tut. l. 5. De iur. de. Quod additur. Et amissione eorum abest ab indice titulorum, hīc certè supereft. Cuiacius.

[†] Sic. in vet. in archetypo autē erat ī. r. bitro. Taur. in adnot.

^{*} id est lati⁹, & in obseruatis iuris angustiis. Vi de Alcia. lib. dispū. 2. c. 11.

[†] Sic Flo re. etē, non autē vt vulgo nunc scribitur, susum.

[‡] Sic & in l. 9. j. de diuort. l. Iurisconsultus. §. 3. & §. j. de grad. quidam putant à sus deriuari, quod si.

[§] Infinitē. §. tantum

duas personas numeravit. hīc vltra procedit.

[¶] Versum. simile susum

versum. j. de gradi. l. iurisconsultus. §. sed si ex

inferioribus.

^{||} Accider. subaudi.

absoluitur. reus.

[¶] Imperatores. Nonnullam. sed multā: nā

præsumptionē faciunt donec cōtra probetur, secundū quosdā: vt. §.

de posl. l. Publia. in fin.

alias confi-

stunt. sed &

epistola. ego

puto archety.

lectionē ferri posse.

Ita vt post al-

legarentur fiat punctū.

a Instrumentorū. Accipienda sunt. s. largē sumpto vocabulo.
b Testimonia. i. chartæ: vt differat à sequenti casu. Vel dic.
c id est dicta testium in scriptis redacta: vt. j. de testi. l. iiij.
d idem diuus. quod est verum: sed non quo ad hanc. l. Accur.
e Habentur. sic & largē ponitur. j. de verbo. sign. l. notionē. s. instrumentorū. Sed alias

* Lex pen & fin pātēthesi sunt inclusi: vt pro delētis notentur. Taur. Delēdas autē esse magnū argu- mentū est, quōd in nul- lis manuscr. reperiuntur, quos quidē viderimus. sanè Græci ad. l. 8. s. de stat. hom. ci- tant. I. impe- ratores pro vltimahu- ius tituli. Originalia nomina tria sunt.

* tit. 14. de fisci aduoca- to.

f Concor- tex. & qd ibi- no. in ca. si adscripturas 9. dīf.

g Addebat Paulus, iustę petitionis, & Tribon. o- misit. Quā scriptura in iudicio vim obtinere cō- ueniat, Ci. in orat. pro Rosc. Co- medo.

h veteres glossę Inter- pretātur de eo qui nunc dat pecuniā fenori nec cōtentus le- gitimis vſu- ris, nō aliter vult numera- re, quām si scribat debi- tor in chiro- grapho se, eo die qui bieñio pre- sentem pre- cessit acce- pisse. Repete- re (inquit Bu. in anno. ad. l. Julian. s. quantum ad exhib.) est retrorsus petere. hīc cautio repe- tita die iter- ponī dicit, cū dies lōgē quāsita ve- stigataq; est ac retrorsus

est retrorsus. Et mō. postea volo accipere pecuniā à Mēvio: qui aliter non dat mihi nisi eādem rem mēā obligem sibi, ita q; sit potior in pi- gnore: & ego hanc fraudē excogito vt fiat instrumentum in quo cōtineatur q; ei obligē: & fuerit facta obligatio repetita die præ- terita anni antequā Titi' acciperet: vt & alias. C. ad. l. Cor. de fal-

(xxx. * Libro primo Responorum Fe- sto respondit.

S I ancilla fuerit, ad libertatem perductam non videri neque per fideicommissi relicti sibi probationem, nec quod alimēta sunt vt nutrici præstata.

xxxii. Libro secundo Mactorio Sabino.

C Ommemorationem in chi- rographo pecuniarū, quæ ex alia causa deberi dicūtur, factam, vim obligationis non habere.)

DE FIDE + INSTRU-
MENTORŪ, [& amissione corū.]

TITVLVS III.

i. P A V L V S libro secundo
sententiarum.

G Istrumentorum nomi- ne ea omnia accipienda sunt, a quibus causa instrui potest: & ideo tam testimoniā b quām personæ instrumen- torum loco habentur. c

ii. I D E M libro quinto sententiarū. *

Q Vicumque à fisco conueni- tur, non ex indice d & exé- plo alicuius scripturæ, sed ex au- thentico conueniendus est: ita, si contractus fides possit ostēdi. Cæ- terū columniosam + scripturā, vim in iudicio obtainere non con- uenit. c *

Socius eiusdē criminis non po- test alium socium accusare: sed an contra eum testificari, vide quod nota. extra de testi. c. veniēs. & C. de testi. quoniam liberi.

iii. I D E M libro tertio. Responorum
repondit.

R Epetita f + quidem die cau- tionem interponi nō debuif- se: sed falsi crimen, quātum ad eos qui in hoc cōsenserunt, contractū non videri: cūm inter p̄sentes &

super. col. nona. nisi fuerit officio iudicis publicatum. & sic intelli- guntur. d. ll. vt fratrū filij, & de admini. tuto. chirographis. Quid autē si sine iudice fiat exéplificatio: nonne in aliquo valer? Rñ. po- test dici q; sic: quia per hoc probatur q; scriptū intercessit: quod est neccesse: maximē tunc quando est neccesse fieri contractū in scriptis. Item probatur q; intercesserit bona fides. nam hīc proba- tur intercessisse. Item præsumptio inducit: vt. j. de iure fisc. l. in fraudem. s. neque instrumenta. nam & ex priuato hoc fit, vt ibi constat. Alij dicunt, aut dico conuenio te ad decem, & vide in- strumentum quod inde mihi fecisti. & non possum: vt hīc: quia hoc non fecisti. an verō dico, conuenio te ad. x. quæ debes: quod probo per sumptum ex authenticō: & sic per obliquū. quod non placet: quia tunc esset imponere legem verbis.

e Non conuenit. imō qui eam ostendit, nisi veritatem astrin- gerit, vt falsarius punitur: vt. C. de probatio. l. iubemus. Accur- sius.

f R Epetita.] C A S V S talis est: Obligauit rem meam Titio pri- emēta, an- tidatam vul- gō appellat. huic oppo- nitur prola- ta die.

A l. si creditor. cū ergo ego & Mæuius socij sumus eiusdem crimi- nis, neuter potest aliū accusare: vt. C. de lib. cau. l. si filium Titius tamen potest recte accusare utrumque. Accursius.

g Magis. ideo magis, quia debitor eū cui bona fide obligatus e- rat, decipere non debuit: ideōq; alias tenet cōtraria pigneratitia:

vt. s. de pign. act. tutor.

s. cōtraria. & s. de pig.

l. & quæ nōdum. s. qui

res. creditor autem ei

nullo modo obligatus

est. Itē creditor vt sibi

consuleret, licet alios

fraudaret, fecit. Accur.

h I N re Verbis. dūmo-

dō aptis: vt infra

de supel. leg. l. Labeo.

i Obligationibus. scili- cet aliis. Ioan.

k sine his. i. his omis-

sis: vt. s. de pign. cōtra-

hitur. & C. de proba. l.

si de possessione. & j.

de spon. l. in sponsali-

bus. in princ. Acc.

l Nuptiæ. vt &. C. de

nup. l. neque. in fin. nisi

in casu: vt in authē, ibi

posita.

m S I res. Hēc lex ge-

neralius loquit

quām superior. Acc.

n Factum suum. factū

suū præbet veritas, cū

actor confite tradidil-

se, puta rem venditam:

sed ideo auocare se cō-

tendit, quōd scriptura

non intercessit.

o Valebit. q; fides ve-

ritatis verborū admi-

nica nō desiderat: vt

C. si minor ab here, se

absti. l. j. & facit. C. de

proba. proprietatis.

P S I de tabulis. Plures

Senim erant here-

des, & cōuenire nō po-

terat apud quē tabulæ

testamenti essent: vt. s.

fami. erci. l. si quē sunt

cautiones. Accursius.

q Seniorem. nā semper

veneranda, &c. vt. j. de

l. immu. l. semper.

Accursius.

r Honoris. vt & infra

de ter. mo. l. ij. & facit

supra de pact. l. maio-

rem. & infra de priui. cre. l. j.

f Et mārem. vt &. s. de senat. l. j. & de statu ho. l. in multis.

t Libertino. vt & in honorib: vt. C. ad. l. viscl. l. j. sed hoc potest dici hodie correctū totum: vt in authen. vt liber. decæ. s. j. col. vj. nisi alia subsit causa quare magis apud ingenuū residere debeat.

u Præferemus. non autem ad licitationem peruenietur: vt supra fami. erci. l. nam ad licitationem.

DE TESTIBVS.

De fide instrumentorū dictum est: nunc de probationibus quæ fiunt per viam vocem. Accursius.

superior propriè est de testimoniorū & aliarū scriptiōnū fide, hic de testiū fide. & placet illa Hadriani vox, testimoniis se magis credere quā testimonio. quā obrē in publicis iudiciis auctore Cornelio Tacito, testimonia non absentes nec per tabellā dare, sed coram & p̄sentes dicere cogebantur: vt merito in iudicio repetundarum queratur M. Tullius non testimoniis productus, sed dictis testimoniū recitatū quasi praiudicatam rem deferri, pro Rabirio Postumo. Cuiā.

x Estimoniōrum. Frequens. in causis.

y Necessarius. cum multa sunt quæ nisi per testes proba- ri non possunt: vt in auth. eo. circa prin. coll. vj.

z Præcipue. nam & ab huiusmodi hominibus, qui vacillant, est testimonium exigendum: licet non sit ita credendum: vt in auth. eo. s. sancimus. & s. si verō ignoti. col. vj.

vacillat.

Lis & causa
differunt.

a Vacillat. id est vacillare non est solita: & quod de praesenti sciri potest. qd dic: vt. j. de quaestio. l. de minore. s. tormeta. licet videatur cōtra. j. in eo dē titu. l. j. s. questioni. **ADDITIO.** Dic q̄ eis minus creditur: tamen per hoc non repelluntur, secūdū Flo.

b Litibus. impropriè hæc vocabula ponit, propriè autem secundum quosdam dicitur

causa ex quo res deducata sit in controuersia extra ius: sed si deducatur in iudiciū, incipit esse lis: vt C. de lit. aut. litigiosa. Sed tu dic cōtra secūdū Tullium. Est ònīm causa res quæ habet in se controuersiam in dicendo positā cum ceterarum personarum interpositione: sed lis est antè litē cōtestatam, & post: vt C. quomodo & quādo iiii. aut. qui semel. Vel dic tertio vt diximus. Co de transac. causas. Acc.

c Et hi. scilicet soli possunt adhiberi.

d Interdicuntur. interdicitur autem: vt infra l. iij. s. j. & l. idonei. & l. testis idoneo. & l. nullus. & l. ex eo. & aliis pluribus.

e Excusantur. quod faciunt quidā: vt. j. eo. l. iij. & l. inuiti. Accur.

f Legibus. quas non habemus.

g Numerum, scilicet duorum: vt arg. j. eo. l. vbi. vel pluriū, prout iudiciū videbitur.

h Vexandos. nec enim causa testificandi diu debent homines à suis negotiis auocari: vt. j. quādmo. test. ape. l. si quis ex senatoribus.

i Superflua. cùm aliqua est multitudo, prēsumūt inter eos aliquis bonus: argu. in decret. di. lxj. ca. null⁹ inuitis. & xcij. dist. miratus. & in orat. p. argu. in aut. de referen. Flac. Quint. l. s. infi. ora. cap. i. Valer. Max. lib. 8. cap. s. Mores di- gnitati præ- feruntur.

* vulg. testi- bus.

In hūc lo- cū Cic. in o- rat. pro Fōt. & in orat. p. argu. in aut. de referen.

Flac. Quint. l. s. infi. ora.

cap. i. Valer.

Max. lib. 8.

cap. s.

Mores di- gnitati præ- feruntur.

exigendus, quorum fides non vacillat. **a** Adhiberi quoque testes possunt non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniaris litibus, **b** sicubi res postulat: & hi **c** quibus non interdicitur **d** testimonium, nec vlla lege à dicendo testimonio excusantur. **e**

Nota q̄ index potest refrenare numerū testiū. h. d. Bar.

Quanquā quibusdam legibus amplissimus numerus testium definitus sit: tamen ex constitutionibus principiū hēc licentia ad sufficiētem numerum **g** testium coartatur, vt iudices moderentur, & eum solum numerum **g** testium, quem neccsariū esse putauerint, euocari patiātur: ne effrenata potestate ad vexandos **h** homines superflua **i** multitudo testium protrahatur.

In hac l. vsque ad. s. lege Iulia. sic procedit iurisconsultus. nam primò ponit theoricam, secūdō practicā in genere. tertio ponit eam per multa rescripta. secunda ibi, ideoque in l. testium. terția ibi, in s. eiusdem quoque. Bar.

ii. M O D E S T I N V S libro octa- uo Regularum.

In testimoniosis * autē dignitas, fides, **k** mores, **l** grauitas examinanda est: & ideo testes qui aduersus fidem **m** suam testationis vacillant, audiendi **n** non sunt.

iii. C A L L I S T R A T V S libro quarto de Cognitionibus.

Testium **t** fides diligenter e- xaminanda est: ideoque in

k In testibus. Fides. cuius gratia cætera considerantur. fides enim colligitur ex dignitate & moribus: vt. j. de tut. & cur. da. ab his. l. scire oportet. s. pe. & j. de verb. ob. l. si quis stipulatus. in fi.

l Mores. mores dignitati præferuntur.

m Aduersus fidem. cum enim dicunt sibi contraria, semetipsos excludunt: vt. j. quando ap. l. fi. s. sed si alius.

n Audiendi. id est exaudiendi. Accur.

Testium. **C A S V S** in hac l. vsque ad. s. eiusdem. est satis facili. [E I V S D E M .] Quærebatur à principe, quæ probatio sit sufficiēs in qualibet causa: ad quod dicit q̄ nō potest dici.

nā quādōq; exiguitur scriptura: quādōque plures testes: quādōq; pauciores: tunc quoniam pauci bene probant, vt quia sunt fide digni. est ergo in iudicis arbitrio, qui & testes & alia dōbet considerare: an sit plena probatio. [I D E M D I V V S .] Pone vt hīc. s. non creditur illis qui de auditu dicunt: sed qui interfuerunt, maximè in causa criminali: in qua qui non probat, habetur calumniator. [L E G E I V L I A .] Accuso Titium. l. Iulia de vi pu. vel priua. induco contra eum in testem suum libertum. non possum. idem in impubere, vel dñato. pu. iudicio, neque tamē restituto in integrum: vel vinculis custoditum: vel eum qui locauit operas ad pugnandum cum bestiis in arena, vel meretricē: vel eum qui alias de malo testimonio est damnatus: nō possum: & de quolibet est sua ratio. Viuia.

o Consilio, sic inspicitur quando quis alium arrogat: vt supra de adop. l. nec ei. s. & primum. Accur.

A **P**lebeius. magis enim nobiliori creditur. vt argu. supra titu. j. l. fi. & in auth. eo. s. sancimus.

Q E gens. no. quod pauper faciliter corrūpit: vt hīc & in auth. eo. s. sancim⁹. & infra de excu. tu. l. spadonē. s. fi. admittitur tamē interdū: quia nō tā ex facultatib⁹ quām ex fide testis idoneo. asti- matur: vt inst. de suspe- tut. s. fi. & in aut. eo. s. si quis re. & in decr. iiiij. q. iij. ca. si testes. s. item testiū. Itē inspicit cui⁹ ppositi sit: vt s. de trāf. ac. cū hi. s. in psona. Ac. * i. Fidei ex-

R Inimicus. vbi distin- ploratissime & constan- tis. Bud.

persona eorum exploranda erunt in primis conditio **o** cuiusque: vtrum quis decurio, an plebeius **P** sit: & an honestæ & inculpatæ ***** vitæ: an verò notatus quis, & reprehēsibilis: an locuples, vel egēs **q** sit, vt lucri causa quid facile admittat: vel an inimicus **r** ei sit, aduersus quem testimoniu fert: vel amicus ei sit, pro quo testimoniu dat. Nā si careat suspicione testimonium, vel propter personam à qua fertur, quod honesta **f** sit: vel propter causam, quod neque lucri neque gratiæ, neque inimicitiae **t** causa sit, admittendus **u** est.

Nota quod potestate iudicis cō- ceditur vtrum debeat adhiberi fides testi, vel non: tamen quia acta quandoque sunt examinanda in causa appellationis, tutius est quod causam suspicionis propter quam fides testi minutur, iudex faciat apparere in actis. Bar.

Ideoque **x** diuus Hadrianus Viuio Varo legato prouinciæ Ciliciæ rescrispit, eum qui iudicat, magis posse scire quanta fides habenda sit testibus. verba epistulae hēc sunt: Tu magis **y** scire potes quanta fides **z** habenda sit testibus: qui, & cuius dignitatis, **a** & cuius existimationis sunt: & qui simpliciter visi sint dicere, **b** vtrum vnum eundemque meditatum sermonem attulerint: an ad ea quæ interrogaueras, **t** ex tempore **c** verisimilia responderint.

Eiusdem quoque principis exstat rescriptum ad Valerium Ve-

u Admittendus. vt bonus testis. aliás vt aliquod indicū inducat.

x Ideoque. quia prædicta circa testes sunt admittenda: ideoque per quatuor rescripta committitur examinatio iudici super his: vt subiicit vsque ad. s. lege Iulia.

y Magis. quām alias. Azo.

z Quāta fides. debet ergo not⁹ esse testis iudici. s. vt iudex eū co- gnoscat: vel fieri tūc notus. Itē parti contra quā pducitur, vt te- stis illū cognoscatur: vt C. de iur. deli. l. fi. s. finautē. & in auth. eo. s. si verò ignoti, & C. de fi. instru. s. sed is q̄ depositū. sed hoc puto

verū in psonali actione: qua querit an quis promisit: vel an hoc dixerit. nā testis q̄ aliquē mihi se obligasse vel aliquid fecisse di- cit, ipsum cognoscere debet. vbi autē testis nō dicit de obligatiōe psonali, vel de facto: licet te nō cognoscatur, cōtra te tñ feret testi- moniū: vt puta dicit in rei vind. quæ contra te intenditur, posse- disse me. x. vel. xl. an. sed tūc illū qui producit, debet cognoscere: vel dicit me vel illū fuisse absentē. & hīc debet cognoscere eum quē dicit absentē. vbi cōtra. ergo testis non testificat de facto eius cōtra quē pducitur, feret testimoniū etiā ignotus. alioquin si de facto, cōtrariū est secūdū Azo. Itē not. hīc cōmitti iudici testimoniū examinationem: vt. j. prox. s. & s. idem diuus. & s. Sabino. & j. eo l. ob carmen. circa fin. sicut & cautio damni infecti cui fiat: vt infra de dam. infect. l. qui bona. s. qui damni. Accur.

a Dignitatis. honestioribus enim creditur: vt C. eo. l. iuris iurādi.

b Dicere. scilicet veritatem.

c Ex tempore. super quo interrogandi sunt: **a** vt infra ad Silania.

[a] Imō verò ex tempore. i de repente. vide Budæū hīc.

l.prius.& arg.j.de accu.l.libellorum.

- a Quæ argumenta.id est quæ genera probandi: vel per testes, & quales, & quot:vel per instrumenta, vel alia argumenta.Accur.
- b Ad quem.i.ad aliquem,vt puta quot testes,& qualia īstrumēta.
- c Cuique rei. id est cuique causæ.
- d Potest.sicut nec mora:vt.ſ.de vſu.l.mora.in princip.

e Non semper. ita bene sequitur, si nō semper creditur testibus sine instrumento, ergo quādoque creditur: vt hīc dicit. semper autē non creditur:quia quidam casus sunt in quibus scriptura exigitur: vt not.supra de pign.l.contrahitur.Accur.

f Deprehenditur. per testes.

g Numerus. id est licet nō sint multū boni: vt quod deficit in fide, suppleat numerus. vel dic, propter testamentum,vel similia.

h Dignitas. licet pauci sint,duo tamē ad minus:vt C.e.l.iureiur.in fi.& sic not.quod fides testis ex eius dignitate approbat: vt in authē.

eo.ſ.sancimus.col.vij.

i BConfirmat.dicitur fama confirmare, id est cum alio firmare: non

quod per se fama non sufficiat, sed respectu assertionis partis: quā assertionē fama cōfirmat.sufficit ergo p se.ar.j.de fun.instru.l.cū de laniōnis.ſ.afīnā.secūdū lo.& C.de testi.l.j.& insti.de testa.ſ.testes.& C.ne de statu defun.si mater.Alij dicūt,quādo cōsonat nature,vt B.mor-tuū.& propter hoc dicit hīc,alias cōsentiens,id est quādoq; sed regulariter nō sufficit famā probare. Alij dicūt quod cū alio fir-mat,pro quibus facit in eo quod dicit cōsenties,quasi simul sen-tiēt,et quod dicit,cōfirmat .facit ergo secūdū hos p̄bationē se-miplenā:vnde facit deferri iuramētu:vt C.de iureiur.l. in bonā.

hīc autē fama probatur per duos testes cum iurāt maiore partem populi ita sentire:nō quod quilibet singularis per se dicat, credo:nisi iudex famam nouerit:quo casu(ut dicit Ioan.) secundūm quod nouerit iudicabit:quia non est notumvt notorium.

k Speciem.sunt enim multæ species p̄bationū,quarū quēdā sūt plenā,quādā semiplenā,plena,vt per duos testes:vt.ſ.e.vbi. Itē per instrumētu publicū. Itē per priuatū factū ab aliquo cōtra se cū causa:vt.ſ.de pba.l.cū deinde.in fi. si modō cōfiteatur se fe-cisse,vel ei p̄betur per cōparationē,vel alio modo. Itē delatio iuramēti:vt.ſ.de iureiur.l.j.&.ij.Semiplenā autē sūt per vnū te-stē. Itē p̄ collationē,ex qua semiplena colligitur fides:vt in auth. de fide instru.ſ.si verō nullus.col.vj. Itē p̄ domesticā scripturam sine causa,& alię similes.Dicit ergo hīc, q̄ iudex nō debet idice-re tantū vnū modū p̄bādi actori, sed omnes:vt siue aliquis eorū sol⁹ sit sufficiēs, siue plures simul iūcti, habeat ei fidē. quæ em nō p̄sunt singula, multa iuuāt:vt &. ſ.de vſur.si stipulatus. & C.de pba.l.instrumēta.ibi,sola nō sufficiunt. quādoq; tamē per vnū modū tātū debet p̄bare actor, scilicet per scripturā, si tale est ne-gotiū qđ per scripturā tantū debeat fieri:vt C.de p̄batio.l.cum res.in prin.& C.e.l.testiū.& no.ſ.ſ.pxi.sed hīc specialia sunt.

l Nō testimoniis. testimonia appellantur quandoq; dicta testiū in actis:& ita nō accipitur hīc,quādoq; dicuntur testimonia,quæ ab aliis dicūt se testes audisse:& ita hīc , secūdū Azo, vel hīc dic secūdū M. q̄ loq̄ hīc. ſ.tātū ī criminali causa:vt patet statī in exēplo.& secundū hoc dic, testimonia.i.dicta testiū alibi receptorū.

ma. nō credit' eis:sed ibi debēt esse præsentes, a vt possint terrore iudicis imminēte interrogari:vt in auth.de testi.ſ. & quando. in glos. vide Baptista de Castellio. in apost.ad Ro ma. in suis singul. fo. 2. o Relegaretur.sume ergo hīc argu. quod quis eo ipso quod non probat,calumniari videtur:vt C.de aduo.diuer.iudi.l.j.& argu. C.de fruct.& li.ex.l.non ignoret.& C.de pœna iudi qui ma,iud.

aut.nouo iure.& C. qui accu.pos.l.iiij.& C.ad.l.Iul.de vi.si quis ad se.Sed arg.cōtra infra ad Turpil.l.j.ſ.j. vbi dicitur quod non eo ipso quod quis non probat,calumniari videtur.Sed intellige illud secundum Ioā.loquirin illis casibus vbi specialiter induci-tur quod possit aliquis accusare sine metu calumniæ:vt in mari-

to:vt Cod.ad.l.Iuliam de adul.l.qūauis. Item quod dicit hīc, relega-retur, ideō dicit, quia de tali criminē accusa-bat ex quo si re⁹ cōui-ctus fuisset, cōdemna-tus esset ad pœnam ta-lionis. nam ad talionē fit condemnatio:vt C. de accu.l.fin.

P Gabinio. Dic casum ^{ſ. c.vt Ira certum tēp. criminalis queſio& vbi vide græcos Interpretes.} quod quidā produxit testes:& iurauerūt: sed non dixerūt, sed postea ad dōmum producen-tis dicunt producenti dictum suum fortē co-ram aliis bonis viris:& ipsi volūt recedere:& qui eos produxit in iudicio, recitat postea. hoc certē nō creditur: sed ipsi debēt stare dū dicunt: non tamen ultra quindecim dies: sed interim debet ille qui eos produxit, alere: vt hīc subiicit: vt C.eo.l. quoniam liberi. & l.si quādo. & C. de appell. eos.ſ.si quis autē post. Accursius.

q In reum.conuerte literam.id est ne in reum. id est accusatum hac lege Iulia de vi publi.vel priua. quod tamen in eo criminē dicitur, exauditur in quolibet alio criminē:cūm eadē ratio sit:vt arg.j.de verbo.oblig.l.à Titio.in fi.Et idem in pecuniaria causa: vt non admittantur illi de quibus subiicit:vt patet in liberto, de quo primō subiicit:vt C.de quæſtio.l.pridem.

r Qui se subaudi, ei qui &c. sed non pro eo:vt d.l.pridem.

s Parentēve. qui etiam propriē libertus accusati dici potest: vt infra de verb.sig.l.licet inter.ſ.paternos.Accur.

t Impuberis.no.ergo non posse ferre testimoniu minorem.xiij. D vel.xij.annis:vt insti.de testa.ſ.j.Sed quāri consuevit, an factus pubes possit reddere testimonium de his quæ vidit in pupillari ætate:videtur quod non:vt infra tit.j.l.fin.& C.de fal.mo.l.j.in fi.Sed tu dic cōtra,secundum Io.nam non prohibetur, ergo ad-mittitur:vt supra eo.l.j.ſ.adhiberi.Item potest scire de facto, & de iure:licet non ad sui præiudicium.Itē seruus factus liber, fer-re potest testimonium de eo quod primō vidi:vt.ſ.de verb.sig. notionē.ſ.instrumētorum.Item facultas probationum non de-bet angustari:vt C.de hæreti.l. quoniam & expressum videtur in-fra ad Silania.l.excipiuntur. hīc autem sunt vera,nisi velint te-sifificari in ea causa in qua ad sui substātiā exigitur cert⁹ num-erus personarum:vt in testamēto.nam à principio exigitur testis idoneus:vt insti.de testa.ſ.testes.Item quid de eo qui iam pei-rait aliis:Ioan.putat eum remoueri: quia qui semel fuit malus &c.vt.ſ.de accusa.si cui.ſ.j. si tamen pœnituit, & pœnitentiam peregerit sibi iniunctam,quidā putant posse testifificari: quasi sit

E in integrū restitutus:vel quia post tempus videtur remissa infamia:vt C.de his q̄ no.infam. & si seuerior. & pro hoc C.de nupt. l.imperialis.ſ.j.in fin.& in auth.constitutio quæ dignita.ſ.illud. col.vj.Sed quidam contra . nam dicunt quod remittitur quoad deum,non quoad mūdum vel publicam vindictam pœna infamiae siue delicti ex quo secuta est infamia.Itē quid de homicida, vel aliis qui sunt in mortali peccato constituti? Respon.non re-pelluntur iure nostro,ergo admittuntur:vt supra eodem.l.j. ſ.j. licet iure cano.repelluntur:vt.vj.q.j.infames.Accur.

u Publico.hic enim infamis est:vt.ſ.de pub.iud.l.infamē Acc.

x Eorum.non licet prædictis ferre testimoniu qui iudicio publi-co damnati erant:qui tamen in integrum restituti &c.

y Publica.propter priuatam autem ideō nō minus recipietur, cūm nō iustē infertur:vt C.de priua.car. l.j.isti autem inuincu-lati repelluntur vel propter notam vitæ suæ, licet non sint infam-es:vel quia præsumitur quod falsum testimonium dicerēt pro aliquo

aliquo qui eis promitteret se eos liberaturum à vinculis. Acc.
 a Locauerit. hic est infamis ipso iure: vt. §. de postu. l. j. §. remouet.
 & de his qui not. inf. a. l. j. in fi.
 b Palam. id est sine delectu: vt. j. de ritu nupt. l. palam. in prin. &
 est infamis ipso iure: vt. §. de his qui not. inf. a. l. athletas. §. ait pre-
 tor. & de ritu nuptia. l.

* Dur. li. 2. Dispunct. c. 3. ait male hinc colligi omnes infamies repelli omnino à testimonio, tametsi non reger multū de illorū fidemini propter infamiam.

locauerit: a quæve palam b quæstum faciat, feceritve: quive ob testimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus c vel cōuictus d erit. Nā quidā propter reuerentiā e personarū, quidam propter lubricum f cōsiliī sui, alii verò propter notam g & infamiam h vitæ suæ admittendi non sunt ad testimonii fidem,

Not. text. quod in his quæ spe-
 ciat ad litis ordinationem, debe-
 mus infpicere consuetudinem lo-
 ci vbi agitur: vt hīc, & C. de iura.
 cal. l. 2. circa finē. secus in his quæ
 pertinent ad litis decisionem, dixi
 in l. fundus. supra de euic. & in l. i.
 supra de vsuris. Bart.

Testes non temerè euocandi sunt per longum i iter : & multo minus milites k auocandi sunt à signis vel muneribus, perhibendi testimonii causa . idque diuus Adriani rescrispsit. Sed & diui fratres rescriperunt: Q uod ad testes euocados pertinet , diligentia iudicantis est explorare, quæ cōsuetudo in ea prouincia in qua iudicat, fuerit. nam si probabitur, sāpe in aliam ciuitatem m testimonii gratia plerosq; euocatos: non esse dubitandū quin euocandi sint, quos necessarios in ipsa cognitione deprehenderit qui iudicat.

c Iudicatus. per sententiam iudicis: vt infra ad leg. Iuliam repet. l. cadem lege. §. hac lege.

d Convictus. per suam confessionem: vnde seipsum condemnauit: vt infra de confes. l. j.

e Reuerentiam. vt liberti. & no. quid reddit rationem prædictorum per ordinem.

f Propter lubricum. vt impubes.

g Propter notam. vt in eo qui est in vinculis detentus.

h Et infamiam. vt damnati de publico iudicio. sunt & aliæ cau-
 se propter quas quis repellitur: vt habes. j. e. in diuersis. ll. Acc.

i Per longum. vt. j. quemad. testa. ape. sed si quis ex. nisi sic se ha-
 beat consuetudo: vt in fin. huius. l.

k Milites. hi nec etiā per vicinum inuiti dicūtur: vt. j. e. l. inuiti.

l Sāpe. ergo est faciendum quod sāpē factū est: vt hīc, & C. loca. l. certi. & j. de admi. tu. l. sine herede. §. pe. & C. de ædi. pri. l. an in totū. &. C. quæ sit lon. consue. l. j. & C. de aquæduc. & vfu aquæ. l. diligēter. lib. xj. & s. de serui. vrb. prædi. l. qui luminibus.

m Ciuitatem. id est vt de alia ciuitate veniant.

L ege Iulia.] C A S V S. Accuso Titiū de aliquo crimine: & adduco in testē, vel inuitū volo cogi ad testimoniu sacerorum, vel generū vel vitricū, vel aliquē cōsanguineū. j. vij. gradum. Et dicit q nō possum. ita neq; possum facere cogi libertū eius, vel libertū filij sui, vel libertū vxoris Titij. nā & vxore accusata nō testifi-
 carit in eā libertus viri. Itē nō possum facere cogi libertū Ti-
 tij: quia & ipse eiusdem collibertus erat. Item nec patronus neq;

ff. Vetus.

A patrona cogitur cōtra libertū nec econtra ferre testimoniu s. A Denūtietur. ab aliquo priuato. publicè enim omnib. imperati potest, secūdum quosdā: q nō puto his personis. sed an pro eis? Respō. nō, cū si valeret, pro vtraq; parte valeret: vt. C. de episc. & cle. auth. sed iudex. & facit pro hoc insti. de testa. §. sed neq; Sed ar. contra. C. de legi. & cō. l. quod fauore. Item not. q quidā intelligūt l. istā in criminalib. tātū: quia iudiciū sanguinis agitur: nō in ciuib. & hoc videtur in-
 nuere illud verbū lege Iulia publicorū &c. sed ego id non pato: quia simpliciter lex loquit. ergo verum est illud in criminali & ciuili: arg. §. de aleat. l. j. §. ij. & j. de leg. prēst. cōtra tab. bonorū pos. petita. l. j.

o sobrinū. sobrini & so-
 brinæ sunt, qui ex fœ-
 minis descēdunt: sicut cōsobrini qui cōsoro-
 rini: vt insti. de gradib. §. iiiij. & §. vj. sed an idē
 ius erit in agnatis? Re-
 spon. vtq; cū in eis sit
 eadē vel maior ratio:
 & quod dicit hīc Pau-
 l⁹, videtur reducere ad
 memorā. j. de gradib.
 l. iurisconsultus. Acc.

P Priore. vt patruum,
 amitam, auunculū, ma-
 terteram.

q Liberto ipsius. accusa-
 ti non denuntietur te-
 stimoniu cōtra accu-
 satum. Azo.

r Viri. ne denuntietur
 liberto viri cōtra vxo-
 rē eius accusati: quia ei
 debet reuerentiā: vt. C.
 de in ius vocā. l. j. Item
 ne liberto vxoris eius
 qui accusatur, denūtie-
 tur testimoniu cōtra
 ipsū maritū accusatū.

f Patroni. repete, ne denuntietur liberto patroni cōtra liberū qui est libertus eiusdem patroni, vel patronæ: quia sunt de eadē familia. Accursius.

t Libert. hoc dixerat: sed repetit, vt plenius dicat.

u Cogantur. sed nec admittuntur liberti volentes: vt. C. eod. l. li-
 bertī aduersus. Accursius.

x I N legibus. sponsæ. vt. j. de grad. cogn. l. seruus. Accursius.

y I Donei. Imperari. siue liberti, siue serui sint: & intellige imperari
 à producēt eos pro se. alioquin nullus testis idoneus esset;

• quia magistratus ei præcipere potest: vt. C. e. siquādo. Itē intelli-
 ge imperari posse ratione patriæ potestatis, vel dominicæ, vel ra-
 tione obediētia, vel iurisdictionis, vt in causa propria imperatīs
 nō sint testes qui ī iurisdictione vel obediētia vel potestate eius
 sunt: sed in causa vniuersitatis possunt: & hac ratione imperabit

E abb as monacho vt ferat testimoniu pro collegio: vt ar. §. de in-
 ius vocā. sed si hac. §. qui manumittitur. Accursius. ADDITIO.

Quid autē de vasallo? Dicit Guil. in spe. de testi. §. j. ver. sed nun-

quid vasallus. q iuramentum fidelitatis est species seruitutis: ar-

gu. §. de proba. l. si filius. & est gl. ordinaria. §. de vſufru. si cuius.

§. j. repellitur ergo quia ei potest imperari. argu. huins. l.

z Erui. Respo. Quod ab eo elicitor cū tormētis, præcedētibus
 statē indiciis: vt. j. de quæstio. l. maritus. & C. de quæst. l. mi-
 lites. & l. j. Itē de suo ratū facto intellige eū interrogari: vt. C. de
 quæst. l. interrogari. & §. de pba. l. cū pbatio. aliās si nō de facto
 suo, nō: cū nullā cōmunionē habeat cū iure ciuili: vt. j. de testi. l.
 qui testamēto. §. seruus. Alij dicūt nō opōrtet præcedere indi-
 cia cū de serui facto quætitur. & facit. §. de ædil. edi. l. quæro. §. fi.

a I Nuiti. Senes. qui sunt maiores annis. lxx. vt. C. qui ætate. l. j. li. x.

& j. de iu. immu. l. ii. Accursius.

b Valetudinarij. qui scilicet morbo detinentur. Accursius.

a Milites, vt & arg. supra eo. l. iij. §. testes. Accursius.
b Non licet, vt hi qui sunt ignominia missi de militia: vt supra de his qui not. inf. l. iij. §. ignominia. vel deportati. vel dic, illi qui sine dedecore apparere non possunt: vt. §. ex quib. cau. ma. l. in eadem. in si. Sed quid si veritas aliter sciri non poterit? Respon.

*curritat
nig dian
unt. Mar
rav. s. niz
cercu ston
huiusq. tti.*

i. ad testationes facie das. l. 22. j. c. Quidam pūtāt: correctū hoc esse per Nou. 90. vbi iubentur ro gari.

Hæreticus in teste ad mittitur.

Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est.

x. P A V L V S libro primo ad sabinum.

Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est.

x. P O M P O N I V S libro primo ad sabinum.

NVllus idoneus testis in re sua intellegitur.

x. I D E M libro trigensimotertio ad sabinum.

AD fidem rei gestæ facienda etiam nō rogatus testis intellegitur.

x. V L P I A N V S libro trigensimo septimo ad Edictum.

VBi numerus testium nō adiicitur, etiam duo sufficient. Pluralis enim elocutio duorum numero contenta est.

CNota quod causa evitandæ absurditatis debet fieri extensi legis ad casum non expressum habentem similem rationem. Bar.

x. P A P I N I A N V S libro primo de Adulterio.

QVæstitum scio, an in publicis iudiciis calumniæ damnati testimoniū iudicio publico prohibere possunt. Sed neque lege Remmia prohibentur: & Iulia lex de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines testimoniū dicere non vetuerunt: h. veruntamen quod legibus omissum est, non omittetur religione iudican-

Sic Fl. perperā Zafius ait legēdum Memmia in catalogo antiquarum le gum.

Testis idoneus, Pater filio, vt & C. eo. l. parentes. ergo nec sacer, cùm vicem patris obtineat: vt & j. solu. ma. l. quia parentis, in castrensi autē peculio si filius ante missionem testamentum fecerit, pater testis haberi potest. vt. j. de testa. l. qui testamento. §. j.

NVllus, in re sua, principaliter sua, secus si secūdario. nā potest legatarius esse testis in causa testamēti: vt. j. de testa. l. qui testamēto. & insti. de testa. §. pen. nec ob. huic. C. de fideicō. l. fin. ibi, & iudex & testis &c. quia nō loquitur ibi de huiusmodi testificatione. an autem vendor possit esse testis in causa euictoris pro emptore? Resp. non puto, cùm ad eum commodum & incōmodū pertinere possit: & sic est sua causa: vt. j. quādo ap. sit. l. j. §. in propria, nisi tunc quando non teneretur de euictione. Nec ob. supra fi. reg. l. eos. quia ibi de euictione non tenetur. Accursius.

AD fidem **C A S V S**. Regulariter creditur testi, siue specialiter fuit vocatus ut contractum audiret: siue ob aliā causam ibi existens audiat.

e Non rogatus. præterquam in quatuor casibus, scilicet in testamento, in solutione facta creditori eius debiti quod erat in scriptis. Itē in confessione creditoris confitentis sibi solutū tale debitū: vt. j. de testa. l. heredes. §. fi. & C. de testi. auth. rogati. super l. testi. quartus in diuortio: vt. j. de repu. l. nullū. sed hoc nō bene ibi aperit. Alij dicunt, hodie semper rogari, per dictam authē. & sic hoc corrigi dicunt, quod hīc dicitur. Accursius.

f Bi numerus. Non adiicitur. quod fit quandoq; vt in testamēto, in quo quādoq; viij. vt in testamēto cæci: vt. C. qui testa. fa. pos. l. hac cōsultissima. quādoq; viij. vt regulariter: vt. C. de testa. l. hac cōsultissima. §. j. quādoq; v. vt in testamēto rustici: vt. C. de testa. l. fi. & in codicillis: vt. C. de codi. l. fin. quādoq; iiij. vt. C. si cer. pe. l. fin. & in auth. ibi posita. quādoq; duo: & hoc regulariter: cum pluralis locutio &c. vt hīc, & j. de verb. sign. l. inter-

illa. §. fina. sed contra infra de op. l. j. Solu. vt ibi.

QVæstitum.] **C A S V S**. Titius accusauit quendam de publico criminē: & quia nō probauit, fuit de calumnia cōdemnatus. quæritur, an hic Titius amodo possit esse testis in accusatio- ne aliorum? Et dicit quod non, licet aliqua lex specialis hoc non prohibeat. Viuianus.

g *Iudicio*. id est, in alia accusatione facta de crimine publico.

h Non veterunt. sed tōrib' enī, quibus lite- ra frōti im- primebatur ex lege Rē-

tium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonii fidē, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. k

x. I D E M libro singulari de Adulterio.

SCIO quidem tractatū esse, an ad testamentum faciendū adhiberi possit adulterii dānatus. m Et sane iustè testimonii officio ei interdicetur. n Existimo ergo neque iure ciuili testamētum valeare, ad quod huiusmodi testis processit: neque iure prætorio, quod ius ciuile subsequitur: o vt neque hereditas adiri, p neque bonorū possessio dari q possit.

x. P A V L V S libro tertio sententiarum.

REpetūdarum damnatus, nec ad testamētū, nec ad testimoniū adhiberi potest. Hermaphroditus an ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis ostendit. t

x. I D E M libro quinto sententiarum.

QVi falso uel vari ē testimonia dixerunt, vel vtriq; parti prodiderunt: y à iudicibus competenter puniuntur. z

x. V L P I A N V S libro singulari Regularium.

PAter, & filius qui in potestate eius est, item duo fratres qui in eiusdem patris potestate sunt, testes vtrique in eodem

k Perpendere. & si inuenierit vacillare, puniat, cuiuscunque fori sit testis: vt. C. eo. l. nullum.

SCIO quidem. q. d. non solū istud consideratur in teste, scilicet quod non sit pupillus, sed etiam hoc spectatur, quod integri &c.

m Damnatus. cūm adhuc non sit facta executio: licet sit seruus pœnae: vt. infra de pœ. qui vltimo. Vel dic quod olim non occidebatur: hodie secus: vt. C. de adul. l. quanvis. vel dic, adulterij. i. l. Iulia de adulte. quæ multa habet capitula: quorum quēdā non inferunt mortem: vt. supra de minoribus. l. auxilium. §. fina. Vel dic, damnatus, id est, damnata: vt. in authē. sed hodie. quæ est super dicta. l. quamvis.

n Ei interdicetur. est enim infamis: vt. j. de public. iudi. l. infamē. Subsequitur. vt. & supra de præscri. ver. l. quia.

o Adi. scilicet de iure ciuili. Accursius.

p Dari. de iure prætorio, scilicet ex huiusmodi testamento, vbi talis interuenit testis.

q Epetundarum. Ad testamentum, vt. infra de testa. l. qui testamento. §. eum qui.

r Ad testimoniū. vt. j. ad. l. Iul. repet. l. eadem. §. hac lege. Accur.

s Ostendit. vt. supra de statu hom. l. quæritur. Accursius.

t Vi falso. puta esse quod non erat.

u Varie. quando idem negauerunt, & concederunt.

v Prodiderunt. i. vtrique parti reuelauerunt testimonia sua.

w Puniantur. non solū non creditur eis: vt. §. eo. l. ij. sed etiam puniūtur pœna legis Cor. de fal. scilicet cūm ordinariē accusetur: vt. j. ad. l. Corn. de fal. l. eos qui. vel ex officio pro motu iudicis sine accusatore: vt. C. eo. l. nullum. Accursius.